

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Vaticinia,|| Siue|| Prophetiæ|| Abbatis|| Ioachimi,|| &||
Anselmi Episcopi|| Marsicani,||**

Joachim <von Fiore>

Venetiis, 1589

De rota statim post principivm in primo folia, versa facie, subiecta
iudicium, & declaratio

[urn:nbn:de:bsz:31-248994](#)

digoficur b
amitela temp
orum croche
as sexte Mezi
si brevi fai
ait Redemp
in solutio
enlen uici
Mathemati
alem hiber
oachim sp
er nonensis
nouissim
solumus et
aliammatio
ordetecing de
Johannich fa
dam heleni
ad impensis
henda sim. a
ut nobis in d
cumque rati
haturum que
nentes, & quin
ter adorant
o recognosc
k mites et in
ts, admittent
nes esse depe
doctrine per se
admodum velim
& edita, & edo
ta effe sollem
BLB

DE ROTA STATIM POST PRINCIPIVM IN PRIMO FOLIO, versa facie, subiecta iudicium, & declaratio.

HIERONYMVS Porrus solertissimus æris
incidenti artifex non tantum hoc præ-
stat: verum etiam ingenij acumine ad cu-
riosa peruestigāda admirabilis apud om-
nes, illius familiaritate videntes, habetur.
Hic rotam illam primum inspiciendam
præbuit, cumque, vnde arripisset, percūctarer, subridēs, me
ad quosdam remisit, qui me ita circūduxerūt, ut nihil, aut
parum ab ijs exquirere potuerim. Etenim quidam annis se-
nex, mente vero puer, nescio, quid cœpit fabellæ referre, se
eam ab homine habuisse, qui usque ad miraculum præsti-
gijs, & diuinatione valeret. Dumque principium, & exposi-
tionem rotæ requirerem, se hoc solummodo meminisse, in-
quiebat, illam in superiori parte à Solis, & Lunæ imagini-
bus ortus sui reuolutionem primā incipere, sic loquebatur
homuncio ille, & ea Pium Quartum Mediolanēsem signifi-
cari, sequi in calice Pium Quintum, Draconem gladium
ore vomentem Gregorium XIII. exprimere, denique Leo-
ne ensem anterioribus pedibus retinente, tresque sagittas
ore projiciente S. Xystum V. prodi: huiusmodique ordinē
in infinitum usque seruari, & numquām usque ad sæculi fi-
nem rotam fisti. At quod magis mirandum, stupendumq;
esset, literas capitales Pontificum, vel nomina, vel cognomi-
na, vel prænomina indicare, quod facile videre esset in
A. NV. VB. F.I. pluraque alia suis nugis interserebat capu-
laris senex, & ferale silicernium. Ipse rem altius inspectans;
quid in ea lateat, facilius detegam. Videtur mihi, quicunq;

L huius

DECLARATIO ROTAB.

huius rotæ fabricator fuit, solerter, aut ex ipsis Ioachimi imaginibus, & Anselmi, aut saltem ex vaticinijs B. Zodichi Palmerij, ipsius rota expressis, suas imagines confinxisse, & litteras de suo addidisse, quæ tamen, nec etiam omnibus ex parte suis commentis deseruunt, cum non possint ita accommodari, ut in quibusdam non rideat sint, & in alijs explodenda. In duobus Pijs certè risu excipiendæ, & in alijs duobus explodi sibilis debent. Vates namque haud contemnendus esset is, si primis literis Vgonem Boncompagnum, & Fratré Fælicem cognouisset: de his dixi: cum de Pijs A. M. in primo, & M. V. in secundo patientur, nescio, quid magis ineptum. Omittens interea stultitiam durationis usque ad sæculi finem ijsdem literis semper significantibus. Non interponemus tamen iudicium nostrum ita, ut reliquorum nostro metiri velimus. Nos eam proposuimus, & Porri desiderium, & artem laudauimus, meditentur in ea curiosi, videantque, si quid in ea occulatur, quod ipsorum palato satisfaciat. Dicimus nos, si vera sit, admiratione, stupore, & mentis commotione digna, & plena de futuro Pontifice expectanda, pluresque annos præsenti dandos; ipse nempe uiam ante eum præparatus est rota huius significatione, & sic omniū, quoquot sunt, quoqt; fuerunt, prædictiones ætate superaturus, quippe qui nonagesimum quintum huiusc Chiliadis annum constituens, & ulterius tendens, nobis magna, & incredibilia proponet. Hinc aliquid curiosi abstruforum scrutatores eruite, & in uestrum usum conuertite; nam mihi plura ostendere, palamque in lucem dare minime licet. Solis hec amicis seruamus, & ijs uerè sinceris, & Christianæ religiosis, sanctæque Romanæ Ecclesiæ amantibus, memores Euangeli dicti. Ne proijciatis margaritas uestras ante porcos.

ORA-